

202677


BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVII

2625

f. 1390



EPINICION ^{32/}

In Celeberrima inauguratione,

2677

SERENISSIMI ET INVICTIS-
simi Domini

D. VLADISLAI IV.

REGIS POLONIÆ &c.

SVECIAE HÆREDITARII, &c.
ELECTI DVCIS MOSCHOVIAE.

A

IACOBO VITELLIO ELO-
quentiæ Professore in Academia Cracouieñ.
Tyliciano, Canonico ad Eccle-
siam S. Anne.

C R A C O V I Æ,

Impensis ex fundatione Generosi Domini
BARTHOLOMÆI NOVODORSKI, S. Ioannis
Hierosol. Equitis Melit. Comendatoris Posna-
nieñ. olim S. R. M. Aulici.

Andrey Ed. Kominacuy

Vale in Cælo simulachrum
sui Deus Solem & Lunam
infixit, tale in Ciuitatibus e-
ius exemplum est atque lu-
men Princeps. *Plutarch. ad Prin-
cipem.*



XVII - 2625 - II

Duodenarius I.



Agne JAGELLONIDES, lux

Sarmatie armipotensis.

Saculo narrande in omni

Christiadum columen,

Septemtrionis lauta spes.

Perfugiumq; Tue

Diuinitus ex malefidâ sorte nunc

vindicande, à fulminibusq; tuenda

Threyciis patria,

Nate auspicatò; sanguis, &

infusa virtus, germine

Regum potentum,

Duodenarius II.

Aemula stirpsq; Deorum.

prendis ubi dominantis

Imperî latè arduos, &

munere difficiles

fascès, Senatus calculis

Lechiadum & populi

ardentibus unanimi sententia

expetitus suffragiis: diadema

indigetisq; DEI

quando manus sacra in Tuum
R E X Magne ponit verticem
Europa in omni

Duodenarius III.

Didite, nobilibusq̄
Maxime in orbe triumphis.
Hoc tibi fortunet ille
qui imperio populos,
ipsoſq̄ Reges, arbiter
Legibus iisdem agitat:
qui fatiferum hostibus effecit Tuum
Nomen. Et sublimia flectere tantis
ſceptra dedit manibus;
ac gentium victricium
vnà regendas credidit
perſantè habenas,

Duodenarius IV.

Veranè cenſuerim, que
fabula Achaica ſparſit,
creduloq̄ affinxit orbi;
cœlilonante manu
Reges Niſepheſis, Iouem
Pabula Et excubias,

Et quic-

Et quicquid amico animo prestari opus
Commodorum, Regibus, omnia ab aula
Sidereâ Superum
prestare, Et offerre affatim:
his liberalis Iuppiter
est Promus ipse.

Duodenarius V.

Græcia sed populosis
hoc recinat triuuis, quo
mobilem palpet popellum
farciat Et fatuos
gerris ineptis circulos.
Edite de Proauis
tu Regibus, ac veluti Diuis, quibus
euiterna hoc imperium monumenta,
Non abolenda situ
iniurioso temporis,
in finibus fixit suis
famæ perenni.

Duodenarius VI.

Quicquid enim Venedico
Nereus, alluit æstu:
Corniger quocunque tandem

*saxifragos Hypanis
fluctus remugit, limites
quoué Borystheneos,
natura Deusq̄ futuri baud inscius
iecit, & Dniepri equore frana cruentis
Thracibus imposuit:
Huc vsque, & ultrà hæc amplius,
æternitas sanctissimis
vestris trophæis*

Duodenarius VII.

*inclyta signa locavit.
Gloria Sarmatis ore,
ultor, & vindex ferocis
hostis Hyperborei,
Panopliâ ex cœli, data
Parmula sancta Lachis. rant
Rex Magne, quot agmina nos cõstrinxerunt
vsque & vsq̄ atrocia, feta malorum:
namq̄ procelliferi
cum Moscæ hinc, hinc Bistonum
nimbi furentes, acriter
nos opperirent.*

Duode-

Duodenarius VIII.

Insidiosè & abeno
(quidlibet audet enim hostis)
federum nexu reuulso:
Cum equoris ille furor
Urbes profanaret, Deum
vis inimica suis
probrosè adytis probiberet, polluens
Harpyia incestâ impietate penates
Calicotâm, omne nefas
agris Prutenorum allinens,
Cumq; oppidanos Balthicus
Verres recenti

Duodenarius IX.

Verreret arte: Tuis tunc
auxilijs, animosus
Lechus, oppressit nefastas
fedisfragum furias.
Vernante namq; et atula
Aureolo atque iuuen-
te flexu, alacer pauidis in rebus, ut
affores præstò patriæ, hæc tua semper
sollicitudo fuit:

Vladislao-

Vladislaorum nomini ut
felicior multis modis
longè præires.

Duodenarius X.

Splendidus ille Tuæ flos
pubis, & insoliti euum
incapax olim laboris,
aura per omnia ijt:
ætatis & lentos gradus
prepete Curriculo, ac
Penna celeri anteuolauit Martius
mentis inuictæ ardor, & inclyta virtus.
Moscua prima Tuam
cognouit armis indolem:
Cum fracta, victoris iugum,
legesque, nutans

Duodenarius XI.

Quamlibet (ut populo illi
mos) tulit; atq; Tuos si
mente non leua triumphos
Colligit, & meminit
tecumq; pacti federis:
si volet & Fidium

turpi temerare dolo, ac periurio,
obligata & conscia sydera dextra;
fedi fraga arma Tibi
ultrò inferat, permisceat
Terrasq;, Celumq;, uspiam
& quicquid ausit:

Duodenarius XII.

Tempus erit sua quando
pectora, Consiliorum
penitudo planget acris.
Namq;, diu varians
Cuniculosa hæc natio,
& scelerum fabricis
periura, sacerrumaque, inquam non diu
fraudibus gaudere potest, ut iniquo
ore polum atq; solum
incestet, olim & gentibus
ut grande inhalet noxio af-
flatu venenum.

Duodenarius XIII.

Perfida ludis! an illud
excidit, haud meministi?
Cum potens armis virisq; ,

robore belligero
Uladislaus Rex, fulmina, &
omnicremas Tua cir-
cum tecta domosq̄, procellas funderet,
atq̄ haberet pabula sanguine largo
flamma peruncta; & ubi
indagine acri cinxerat
urbes, & aratas agris
longè Phalanges

Duodenarius XIV.

Struxit; apum numerosas
ac velut aura Cohortes,
dùm calet, mellisq̄ stillans
Conglomeramina ros,
inuitat: atq̄ examine
floreæ rura frequen-
ti insternit, agris opulentam quæ vehunt
in domos prædam, & spolia ampla ab Hy-
agminibus Comitum (metho.
sic ambijt lectissimis,
terrasq̄, tractusq̄ impios,
Rex Marte fortis.

Duodenarius XV.

Tunc quatit ariete crebro
igniuomisq; tuborum in-
sultibus muros, reuellit
Cardinibusq; suis
postes ahenos urbium:
fit via vi, subito
iam flamma vorax cinesecit diuitis
Moscua tecta, hausit opes, hominumq;
perfugia igne suo
ambussit, agros fertiles
Confecit horrendâ fame
Et vastitate.

Duodenarius XVI.

Turrigeramq; Smolenscum
tertia bruma premendo
Candefecit, tertiumq;
sole recocta Ceres:
dum pertinax multum suis
fidit in aggeribus,
plenâ trieteride nec mollescit, ac
ludum habet: murosq; suos adamante, Et
quolibet ære putat

robustiores; concidit
atrâq; sensus obruit
stultos, fauillâ.

Duodenarius XVII.

Machina sulphureo nam
fulmine fataq; flammis,
discidit ferrata claustra;
vulnificisq; volans
circum procellis, omnibus
luce oculisq; palam
ostendit in hoc documento, quo loco
peruicax mens, atq; superbia sistat:
nam breuis hora, opibus
quas longa vix struxit dies,
suffecit à Mauortiâ
dextra eruendis.

Duodenarius XVIII.

In Cinere interea se
Moscua querit, & altum
Ingemens, serò licetq;
excutit ex oculis
nubem, quid errarit videt.
queritur haud tacitè

effron-

effrontem Epimethea : nec rebus suis
quas ferus clade hac superesse volebat
Mars, aliter melius
agnoscit, immò & rutiùs :
Victoris ad clementiam
procumbat, istos

Duodenarius XIX.

Quèis hera Martis alumna,
flammâ, acieq̃, pepercit,
supplices Victor ne spernat.
Fasnè, nefasnè, foret:
error, scelusnè, an quidpiam,
discidijs animos
quod talibus imbuerat, censendum erit:
eluit largo imbree Cruor, sed enim ultra
rebus opem miseris
deposcimus, sic inquit
Rex Magne, iurantq̃ in simul.
Consentienti

Duodenarius XX.

Voce, animisq̃ Ducem Te
maximum Hyperboreæ pro-
nunciant ore, suisq̃

legibus, & populis
Te Principem natum asserunt.
Ut libet ergo fide
fluxa, ambiguis studijs, stulta, & ferox
mobilis vulgi leuitas agat, atque
perfida congeminans
nunc factioso classica
motu accinat, cogatq; vim
quâ te lacestat:

Duodenarius XXI.

Nisibus hec cerebrosis
nil nisi funera genti
& graues luctus resingit.
Ceu Aquilonis enim
cùm flabra glumas areæ
insiliuntq;, rotantq;:
aut molle pecus validâ postquam Leo
Corripit malâ, generosior illa
vis Tua Magnanime
Rex, Moscua sic proteret
Vim, consilij que nescia
damnosa semper,

Duodenarius XXII.

Viribus atque suis se
subruit, haudq̄ superbos
prouebit fortuna fastus.
Quin etiam ipse DEus
dextram impiatam Crimine
sacrilego, omnigenis
torpere, timere facit sub Casibus:
desluent mox arma manu, leporesq̄
Sarmaticas aquilas
illi expauescent: ut simul
illis cum ages Rex optime
iniuriarum.

Duodenarius XXIII.

Obstupuere tuarum
militiam legionum
Thracie striges, vel ipsum
incicurable mon-
strum Osmanus, atrox sanguinis
ac fera birudo, in agros
dum vredine praecipitaret Lechie,
mille tercentum amplius atq̄ Colubros
Sarmatiae excidio

secum

*secum attrahens, famosus hic
regnisq; damnosus, graui
praeter veneno.*

Duodenarius XXIV.

*Quàm numerosa locusta
prata ubi roscida tondet,
aut quot eruce, feraces
dum populantur opes
hortorum, honorem veris aut
ungueq; denteq; , ubi
Et vellit, Et ambedit, acer frondium
bruchus extirpator, Et esuriens quot
millia Curculio
infesta structis excitat
non raro aceruis, farris ar-
rosor malignus.*

Duodenarius XXV.

*Millia de attegijis tot
Bistonidum euoluuntur,
tot cruori nostro Echidnae,
adglomerant properè
exhauirendo, ô patria, ô
Lechia sacra domus*

Diuorum,

*Diuorum, & acerbus apellarum furor
Thracie effundet feritatis habenas?
& tua Menaliâ
ut fetiger de syluâ aper
frendens nefandùm, consita
vineta cadet?*

Duodenarius XXVI.

*Sed mihi cernere Erynnes
iam videor recutitas,
atque Chocimi profanâ
polluere arua lue.
iamq; ecce sub conopeis
vis inimica furit,
latratibus illicitis, irasq; iam
asperat, iamq; eripuerè serenura
rela diem, ipse polus
exhorruit, cum Dacie
porrecta camporum equora,
monstrorum inundant*

Duodenarius XXVII.

*Eluue, ipse ferali
horridior trabea, ipse
eminens fastu locoq;*

editiore, oculos
exterret Osman, ceu fera
esurie, & rabie
incensa, in ouilia spectat, nec suam
sperat expleri ingluuiem, nisi rictu, &
fauce famente, greges
sub matre ballantes, pecus
innoxium, nec conscias
fraudis bidentes.

Duodenatius XXVIII.

Dilaniet, catulisq,
sanguinolenta cruentis
pabula ut non differantur.
esurie simili
impastus arsit Thrax. Sed hanc
Ventris edacis Hyenam
in Lechiacis, (caput adiurat ferum)
velle castris, se eximere, haud aliter fas
inquit: & innumera
armat lanistarum agmina
lauernionem qui trucem
fortissimorum

Duodenarius XXIX.

Aggeribus superatis
Lechiadum, igne, manuq̄,
expleant fuso Cruore:
indomitis subito
non dispares Euris, gradum
corripiunt, odiis
feruens furor exstimulat, dirumpitur
Osman, immani inuidia, atque dolore:
iam validis opibus
ausuq̄ magno, horrentium
grandi tuborum cum impetu,
nitrato & igne,

Duodenarius XXX.

Nostra statuta reuellit,
aggrediturq̄, nefando
impetu ac sauo, usq̄ & usque.
Phosphorus Oceano,
agere extulit currum aureum,
lampade Phœbigena
accensus: & ether amicâ vix agros
luce persudit, ferus illicet iras,
funereasq̄, cie

formidines, rursus acrior,
torrentis instar cum alueo
erumpit, agris

Duodenarius XXXI.

Inuidiosa, satisq;
perniciosa; neq; fessis
rebus, hora illuxit vlla,
quin ageret magis, &
urgeret ausus impios.
Illachrymabile iam
nos exitium propè viuos hauserat:
non procul letho Osmanijsq; catenis
absuimus: patriam
iam funeratam fulmine
& fractam ab isto, haud amplius
victuram, ad omnes

Duodenarius XXXII.

Credula fama susurris
detulerat populos; sed
ethere ex alto optimus, nè
hostia Bosphoreis
essemus vnquam belluis,
Celipotens vetuit.

Rex

Rex magne, animumq; mare instillauit,
Dexteram fortem Tibi, belligerisq; (Et
annuit ipse viris:

virtute, fortunâ, tuâ
Et ferro, Et audaci manu, ut
contrâ manipulos

Duodenarius XXXIII.

Odrysie improbitatis
exiliant animosi.

inde seruata triumphum

Optime Rex Patrie

Et quicquid vsquam Sanctum erat
quadrupedante fero,
hostilibus Et pedibus calcandum; habes
eius erepti ampla trophæa Tyranno.

eximium illud erat

spectaculum REX inelyte;

Cum Prodigus vite Tue

Duodenarius XXXIV.

Cornipedem insilis, ille

Aurea frena remordens:

sternuit crebrum, luposq;

permolit, Et caput huc,

illucq; motans, inquires
subfilit, atq; Tuos
iucundo animat Ducis obtutu sui:
non leuisq; augur memoranda trophea,
Threijcio hoste super
edicit, euentu optimo,
ceu temporis non inscius
esset futuri.

Duodenarius XXXV.

Facta nepotibus isthac
non reticenda adamantéis
laminis culpentur, olim
ferrea Bistonidum
Ceruicibus quod patrie
vincula, magnanimus
(ut contudit armiferum Vladislaus
Bosphorum,) Rex depulit, & dominatu
Barbarico prohibens,
securitatem Lechia,
atque auream, agris, urbibus,
pacem reuexit.

Duodenarius XXXVI.

Quando cruenta sacratis

signa

signa tholis, & ad aras
Stanislai sancti, sarissas
Bosphoreum usq; modo
largè pluentes sanguinem,
posthuma posteritas
Mirabitur: hec spolia ex Otthomano,
Thraciæ dicet monumenta & halosis,
fixit ac imposuit
Uladislaus fortissimus,
& pacis & Mauortiâ
Rex arte pollens.

Duodenarius XXXVII.

Cumq; domi haud mediocri
dissidio, patriæ res
fluctuarent, atque ventis
dissociabilibus
hinc inde pulse, non procul
naufragio, & scopulis
essent; etiam attonitis ob Maximum
navitâ amissum, & metuentibus equor
remigibus; nec adhuc
tantis gubernis quem Deus
clauoq; tractando bene,
vellet præesse,

Duodenarius XXXVIII.

Scitum erat; at studijs &
dissilientibus in se
partibus contrarijs, ob
religionem ubiuis
ferueret astus Ciuium:
iamq; suam haud aliter
quàm cernere ferro, acieq;, optant fidē:
dùm palàm dextris quatiūt lateri arma
pendula, nec sibi cor,
sed nec manus torpedine
sic congelasse, & nec suum
extremè hebetem

Duodenarius XXXIX.

Esse animum, ut fidei nil
(cogat ubi ultima rerum
sors ad istud) vel cruore
gratuito, atque opera
litare nolit quilibet.
sanctæ ubi sic fidei
hinc sollicitè, hincq; fidebus ceteris,
(unico nam dicere quis numero ausit
Protea sic varium
vultu)

vultu) fidebus ceteris,
postquam allaboratum est graui
Contentione.

Duodenarius XL

Ancipiti Patria ut ne
pressa malo, exitialem
litium messem ruina
acciperet, metuens
non nemo prudentum fuit.
credulitas etenim
hec, & varians miserè, & secum in dies
dissidens: morbum cerebri arguit, atque
saluificam panacem
cum despuit vis hec mali,
affatu & ipso noxia
vertigo, postquam

Duodenarius XLI.

Vrbibus in populosis
inualuit, rotat exemplis
& profana, & sacra, utrosq;
atque poli atque soli
confundit axes, susq;, deq;
omnia miscet, agit,

Et Classica personat, haurit sanguinem:
atq; habet pensi nihilum, in Cineres vel
Pergama dissolvat;
pulchrisq; tectis urbium
acriter ignis edax
babetur; ista

Duodenarius XLII.

Commoda sunt cerebrosis
Maxima, prima, fidebus.
hec ut infrenis lares ne
stultitia in patrios
incumberet, fortissime
Rex Tua sollicitè
prudencia cavit, Et oppressit recens
Crudum adhuc, Et limine virus in ipso.
quin etiam paribus
ut mutuum se nexibus,
iniuriarum amnistia
vindicare possint;

Mors Duodenarius XLIII.
Anxius ut pater olim
progenies sua quando,
obstinato pectore iras

decoquit, atque suam,
ut Cadmei fratres manum
in viscera armant propria,
bilemque acuunt, pereant ut funere
Mutuo: tunc ille animos inhibet, tunc
flexanima arte truces
emollit, armis exiit,
Mentes serenat, quas fera ob-
fuscarat ira.

Duodenarius XLIV.

Et velut Ionio in magno,
horrisoni Æolide cum
pertinaci in se duello,
turbiniibus rapidis,
irarum Et estu maximo
incubere; ratis
nunc ardua celo agitur, sidente nunc
æquore in præceps ruit, Et prope furus
proximè adacta Stygi,
alternat erumnas vice
ingrata: at horror nauitam
tanti pericli

Duodenarius XLV.

Exanimavit, & atris
 pone oculos Libitina
 territat pennis : sui nec
 ille magisterij,
 non artis ullius memor :
 clauus abit manibus,
 nauis regitur dominatu fluctuum,
 vela, & antemna rapiuntur in auras :
 terq;, quaterq;, latus
 montes aquarum turgidi,
 magno fatigant impetu,
 proramq; vellunt.

Duodenarius XLVI.

Ast ubi sydus amicum
 fulsit in equore opaco, &
 fluctibus successit hora
 sudior, atque polo
 infudit optatum diem,
 seminecesq; viros
 grandi arcuit exitio : tunc dulcuit
 quod pati durum fuerat, tenebris cum
 obsitus, aetheream

accendit orbi sol facem,
ponti tumultuq; obruto
cunctos serenat.

Duodenarius XLVII.

Nè popularibus ergò
inclyta Lechica ventis
huc & illuc differatur:
exitialibus &
allisa saxis, turpia
debeat equoreis
ludibria consilij incepti Deis,
Nereo & circumflua, & obruta, fluctus
ultimaq; acceleret
vitæ pericla; istud tibi
qui Patriæ es verus Pater,
spectatum, & actum.

Duodenarius XLVIII.

Maxima at elogia orbis,
que Tibi splendida magno
Principum & Regum favore
sunt data, quis numeret?
insigne vel de Te Tui
iudicium populi

narrare queat merito partum tuo ?
verius dicam meritò orbis ab armis
hosteq; Threicio
erapti, & Europe ultimo
seruate ab impulsu, hostium &
immanitate.

Duodenarius XLVIII.

Omnigenum populorum, &
Calicolùm os meruisti,
Maximi quando Monarchæ
quem penes arbitrium est
recludere ingentis poli:
atria, postibus &
Diuum officio irrequieto, & perpeti
ætheris sanctâ statione tenere
excubias, & opes
isinc beatas promere,
sudore questos & Deum
partiri aceruos.

Duodenarius L.

Maximus iste Dynasta,
religionis & alme
unicus Prestes, modò qui
officij potitur

am sancti, & ingentis, Tuum
grandibus elogiis,
& compare laude, quasi ex oraculo,
fecit eternum memorabile nomen,
Lechiadumq; animos
pellexit, ut dum queritant
cui sceptrum sancta, atque imperi
vim, iusq; sacrum,

Duodenarius LI.

Credere fasq; piusq; est:
ne Tua pretereantur
gloriosus facta in orbe
prodita nominibus:
neu sanguinis pro patria
& fide cana, adeo
usq; immemorem, male gratia obliuio
obruat, linguaq; animoq; silenti.
nil ita frugiparens
Europa sepostum videt,
quocumq; diffusissimum
metatur orbem

Duodenarius LII.

Quo Tua remigio alto, &
suave

suave fluentibus auris
fama non peruasit acta.
sceptrigerum undè Tibi
Regum fauores maximos,
Et studio unanimitatis
Plausus populorum, Et amicos omnium
Principum sensus, velut omnia leta, Et
fatidicum augurium,
magnis gubernis Lechie,
tantoq̃ honori fascium
latè potentum

Duodenarius LIII.

Protulit. ipsa Tibi Ditis
proxima Romulidarum
imperij semper potentis
innumerabilibus
Augusta Maiestas modis;
splendidè Et eximie
in luce Quiritum, oculis Et patrie
maximâ preluxit adorea honoris:
Sceptraq̃ Sarmatie,
rerumq̃ summam, dexterâ
victrice habendam, insigniter
pronuntiauit.

Duode-

Duodenarius LIV.

Hoc etiam Dominator
bellipotens opulenta
Celtibera, qui potenti
temperat imperio
Fberiam, quem dissita
ultimo in orbe pauet
Thule, occiduis vel anhelantes ubi
Cynthius demergit equos, & utrumq;
respicit Oceanum:
pollentis hic ora potens
Rex, in virorum Principum
Magnâ Coronâ

Duodenarius LV.

Quo potuit, licuitq;
extulit elogio Te.
Lechici testatus atque
promeritum imperij
vitæ periclis, & fide
haud dubiâ in patriam.
& belligeros moderatur iure qui
patrio Celtas, Rhodanumq;, Garum-
atq; Ararim, arbitrio (namq;,
infra-

*infrēnat equo, Rex potens
Allobrogum, Narbonis, &
Pyrene quicquid*

Duodenarius LVI.

*Aeria ambit, & Alpes
quò sua claustra locorum
porrigunt, quod vel Britanni
equoris unda ferit,*

*Cis ultra Aquitanos agens
carbasa pontigrada:
tanti in populū imperij Rex Maximus,
Christianorum fidei atq; vetustum
nec leue presidium:*

*in luce Regni maxima,
insigni honore, atque inclyto,
Te prosequendum,*

Duodenarius LVII.

*Fas sibi iusq; putauit:
federe quem sibi iungat
barbaros contra feroces,
Sceptra ubi Sarmatie
faustè prehendas, calculis
voceq; Lechiadum.*

preconia

praeconia Regum, & honorata haec habes
bellica virtutis & alma trophaea,
quæis tibi perpetuos
auro triumphos postero,
omniq; victuros modo
fixisti in orbe

Duodenarius LVIII.

Optime Rex. etenim in Te,
Incluta tot populorum
vota, & idem sensus equò
conueniunt studio:
orbisq; totus maximis
Te indigitat titulis.
affulsit enim aurea nobis pax Tuam
Vnicum ad nomen, nihil improba Enyo
ausa, Eridisq; statim
extinctæ & oppresse faces,
exlex nec ardor Ciuium
grassatus in se,

Duodenarius LIX.

Lethiferaq; Scytharum
confluere Pharetra.
nexibus cum multinodis,

indeq̄, & inde iterum,
hostilium irarum, foret
Sarmatia implicita:
in perniciem fera vis cum Lechicam
arma comportat, furor undiq̄ nostris
fulmineos iugulis
stringit, rotatq̄ enses, metuq̄
exterret ipso, atque in dies
crebrescit eius

Duodenarius L X.

Fama mali, exitio isti
Tu quasi sydus amicum
comprimendo exurgis, atque
nobiliore modo,
tranquilla, pacata efficis
Omnia; quæis facile
spes porrigitur, reducem agris, urbibus,
candidam pacem fore: Cum Tibi fausta
fata dedere Lachis
magnam præesse ad gloriam,
successu & euentu optimo,
hac sorte rerum.

Duode-

Duodenarius LXI.

Hec ideò Tibi sceptrà
 credita prosperet, autor
 qui exsilit primus, potenti ut
 Sarmatiae imperio
 praesit, benignusq; audias
 ceu pater in populis.

Ille influat aethere summo gratiam,
 suggeratq; excelsâ ope Consilium, quod
 cuncta tibi efficiat
 his arduis sub fascibus
 iucunda, quae te sospitent
 annosum in eum.

Duodenarius LXII.

Nunc Academia Magne
 Rex, Tua vernula, semper
 quae Tibi supplex, Tuis nunc,
 officiosè humilis
 aduoluitur Sanctissimis
 fascibus, atque sibi
 concredita Regibus à Sanctissimis,
 ac Tuis olim proavis, atâuisq;,
 iuraq;, sceptraq;, ceu

Regni inclytum pignus Tui,
deponit ad Regis pedes.
hoc restat vnum

Duodenarius LXIII.

Perfugium à diuturnis
quos tulit impetibus, vel
ut breui absumatur acri
emulo, & inuidia;

Regis salutari aut manu,
rebus opem miseris

expectet; at erigitur postquam Tui
semper addicti sibi, & auxiliariis
numinis, in memori, &
grato reuoluit pectore,
quo canendos postero,
amplos fauores.

Duodenarius LXIV.

Hanc sibi spem facit, in Te
presidium locat, istud
unicum Regni Lycaum:

quod pietas, & amor
Regum potentum in literas
struxit, & undiq, vim

contra,

contrà, validis dedit omne in legibus
robur; hæc dum vincla tenacia soluunt,
atque suo arbitrio
fingit, refingit, quilibet
ius, & vetustatem noua
expungit arte:

Duodenarius LXV.

Stare diu poterit nil,
cuncta suo dirimentur
de loco, dum sacra legum
vincula dissoluunt.
felicitas verùm Tua
que omnia tam placidè
confecit, opem feret afflictis, Tuam
Dexteram implorantibus, inclyte Regū.
hoc Tibi quisq; vouet,
hoc optat, ut sospes diu,
felixq; viuas, Principum
Sol Optimorum.



32

centis, vobis dicit omne in legibus
vobis, hoc dicit vobis tenetia solunt,
argue suo arbitrio
fugit, fugit, quibus
ius, & vobis tenetia non
expungit vobis:

Duchonius L. XV.

Scio quod sit illi,
cuncta suo dicitur
de loco, dicit sacra legunt
omnia dicitur
fugit vobis L. in
quo omnia dicitur
cessat opem fore aff. B. in, T. in
Dicitur dicitur, indige Regi.

hoc dicit dicit vobis,
hoc opem, ut fesset dicit,
fesset dicit, Principium
dicit dicitur.

